



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XVIII. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt, daß Heinrich Wegher dem Bürger Paul Dammeker in Nauen gewisse Hebungen im Dorfe Wustermark verpfände, am 9. Juli 1353.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

et prouentus annuales de exactione et pensione nostra annua ciuitatis nawen, quas a prudentibus uiris Trefkowe et Conrado arnoldi fidelibus nostris dilectis iusto emptionis tytulo comparauit, qui eis in nostri presentia ad vsum et vtilitatem dicti hermanni et suorum heredum renuntiauit expresse, iusto pheodi tytulo a nobis habendas tenendas et pacifice possidendas. Promittentes dictis de Reddern nos velle et debere dare litteras quitationis et satisfactionis dictarum XX marcarum predicto hermanno et suis heredibus pheodalibus quibuslibet terminis solutionis dictarum marcarum quolibet anno ad consules in nawen, quod eos de eis, dum eas dictis de reddern perfoluerint, dimitemus liberos et solutos: volumus etiam et iniungimus omnibus capitaneis, officialibus et aduocatis nostris presentibus et futuris, quod si dictus hermannus vel sui heredes fuerint necessarii, dictos ciues et ciuitatem nawen pro dictis XX marcis impignorare debent, dum per eos fuerint requisiti, et eis ipsum pignus pro dicta pecunia presentare omni obstaculo procul moto. In cuius etc. Presentibus Lochen, pet. de bredowe, Loterpek, ny. de kökeritz, militibus, hempo, Geuehardo de aluenfleuen cum ceteris. Datum kiritz anno L. tercio, In octaua pasche.

Nach dem Copialb. des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin, Spandow, Rathenow und Nauen. Nr. 19.

XVIII. Markgraf Ludwig der Römer genehmigt, daß Heinrich Wegher dem Bürger Paul Dammeker in Nauen gewisse Hebungen im Dorfe Wustermark verpfände, am 9. Juli 1353.

Nos Ludovicus Romanus etc. Recognoscimus publice per presentes, Quod Strenui viri heinricus wegher et patrum sui fideles nostri dilecti in nostra et consilii nostri presentia constituti quatuor frusta annuorum reddituum in villa wustermarke situata discreto viro paulo dammeker ciui in Nawen iusto pignoris tytulo libere dimiserunt pro XX marcis arg. brand. quibus prefato paulo rite et rationabiliter obligantur ea videlicet interposita conditione, quod quodocumque per dictum heinricum wegher patrum suum aut ipsorum heredes predicto paulo aut heredibus suis de prefatis XX marcis integraliter fuerit satisfactum, tunc III frusta seu redditus antedicti ad ipsum heinricum patrum suum et ipsorum heredes redire libere debent et deuolui. In cuius etc. Presentibus Lochen, Bredowe, kökeritz, Trutenberg, Loterpek, militibus, et Joh. de wedel cum ceteris. Datum Spandowe, anno LIII, in Crastino beati kyliani etc.

Nach dem Copialb. des M. Ludwig, betr. die Vogteien Berlin, Spandow, Rathenow und Nauen. Nr. 23.

XIX. Das Domstift Brandenburg übergiebt die zur Pfarre zu Nauen gehörige Küche erblich einem Bürger daselbst, am 20. April 1354.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus et capitulum ecclesie Brandenb. presentibus recognoscimus, quod dominus Wernerus, plebanus ecclesie in Nowen, nobis subiecte, domum et curiam ibidem, que coquina dicitur et ad dotem ecclesie ejusdem pleno jure spectat, de nostro consensu, quoad jus hereditatis contulit magistro Gerardi Carpentatori, ciui in Nowen, et Elizabeth uxori sue